

Calixt III. an NvK als apostolischen Legaten für das Königreich England. Er überträgt ihm umfassende Vollmachten zur Einziehung des Kreuzzugszehnten in Deutschland gemäß dem realen Wert der Pfründen. Der Kardinal soll geeignete Kollektoren auswählen, welche in den einzelnen Gebieten die Gelder einziehen und genau Buch führen sollen. Geeignete Prediger sollen dem Volk die Maßnahmen verkünden und erläutern sowie für den geplanten Kreuzzug werben. Der Geldkasten sei jeweils in der Sakristei der Hauptkirche, versehen mit vier Schlössern, aufzustellen. NvK solle Fürsten und Städte zur Unterstützung des Türkenkrieges mit Heer und Flotte anhalten und die Zusagen an den Papst weiterleiten, damit die geplante Ausrüstung der Kreuzzugsflotte geschehen könne. Der Papst werde sich auch selbst an den Kaiser, die Fürsten und Bischöfe wenden. Zuwiderhandelnde werden mit schweren kirchlichen und weltlichen Strafen bedroht.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 438 f. 216^r-218^r.¹⁾ Links am Rand: Ja. Lucensis.²⁾

Regest: Tremlow, *Calendar of Papal Registers XI* 20f.; Pitz, *RG VII* 247 Nr. 2195.

Erm.: Pastor, *Geschichte der Päpste* ¹²I 682 Anm. 1; Vansteenbergh, *Le cardinal* 231; Lunt, *Financial relations* 583; Setton, *Papacy II* 165.

Die vier päpstlichen Bullen Nr. 4512, 4516, 4540 und 4541 bestellen NvK zum apostolischen Legaten für England und Kollektor des Kreuzzugszehnten. Hierbei entsprechen Nr. 4540 und 4541 den eigentlichen Legationsbullens, etwa vergleichbar mit Nr. 4094 und 4095 für die Legation zum Deutschen Orden, während Nr. 4512 und Nr. 4516 die Einziehung des Türkenzehnten secundum verum valorem regeln. Die mit der vorgesehenen systematischen Neutaxierung verbundenen Probleme sollten durch eine Reihe von Sondervollmachten des Legaten pragmatisch aufgefangen werden. Nr. 4512 und Nr. 4516 entsprechen teilweise anderen Bullen für die verschiedenen Kollektoren des Kreuzzugszehnten.³⁾

Calistus etc. Dilecto filio nostro Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali, ad regnum Anglie nostro et apostolice sedis legato de latere, salutem etc. Cum superioribus annis exigentibus hominum peccatis civitas Constantinopolitana miserabili clade a perfidis Turcis fuerit occupata⁴⁾, direpta et Christiano sanguine conspersa, ita ut, nisi a fidelibus mature subveniat, maiora in dies vulnera illaturi sint fidei nostre, volentes, quantum deus donare dignabitur, cum nostre et Romane ecclesie facultates non suppetant, omnia undique adiuncta conquirere, quibus vires et immanitas prefatorum Turcorum conteri possint, ac imminentibus periculis obviare, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio pariter et assensu unam integram decimam omnium fructuum, reddituum et proventuum secundum verum valorem beneficiorum ecclesiasticorum per totum orbem Christianum ab ecclesiasticis persolvendam indiximus et imposuimus, prout in aliis nostris litteris superinde confectis latius continetur.⁵⁾ Eapropter considerantes, quod illa, que tibi commiserimus salubri consilio et solerti studio fideliter exequeris, circumspeditioni tue, de cuius integritate, diligentia ac fidei zelo precipuam in domino fiduciam gerimus, presentium tenore committimus et mandamus, quatenus ad venerabiles fratres nostros archiepiscopos et episcopos in Germania consistentes personaliter te conferas vel si iudicaveris expedire id ipsum et alia infrascripta per alium seu alios a te deputandos viros probos, deum timentes et ad hoc opus idoneos agas et exequaris.

Et in primis ipsam decimam integram secundum verum valorem⁶⁾ assumptis tecum prefatis archiepiscopis et episcopis seorsum uno quoque in sua civitate et diocesi aut eorum vicariis, si episcopos abesse contigerit, ac uno alio prelado idoneo seu clerico civitatum predictarum per te et ipsos separatim eligendo et duobus aliis viris ecclesiasticis, deum timentibus, bone reputationis et fame, de ipsorum consilio, super

3 Constantinopolitana: *folgt gestr.* etc. ut supra in secundo libro de curia folio ccxxxvii usque ad illud verbum, quod dicit ‚ad venerabiles fratres nostros archiepiscopos‘ et ut sequitur ‚episcopos in Germania consistentes personaliter te conferas vel, si iudicaveris expedire id ipsum et alia infrascripta per alium seu alios a te deputatos viros probos deum timentes ac ad hoc opus idoneos agas et exequaris, et in primis ipsam decimam integram‘ etc. usque ‚unoquoque in sua civitate et diocesi aut eorum vicariis si episcopos abesse contigerit‘. Der Verweis deutet darauf hin, dass mehrere zum großen Teil gleichlautende Bullen zur Erhebung des Kreuzzugszehnten in verschiedenen Regionen ausgestellt wurden; s.o. Vorbemerkung.

quo medio suo iuramento eorum conscientias oneres, omnibus et singulis archiepiscopis et episcopis predictis ac aliis personis ecclesiasticis, monasteriis, cenobiis et aliis piis locis virorum et mulierum, exemptorum et non exemptorum et quarumcumque aliarum personarum ecclesiasticarum, quacun-
que prerogativa, privilegio vel dignitate prefulgeant, inducas et imponas, prout in dictis nostris litteris plenius continetur⁷⁾, et de prefatorum episcoporum ac deputatorum consilio in qualibet civitate unum aut duos, 25
prout magis expedire videritis, viros honestos, graves, fide ac facultatibus idoneos deposes et constituas receptores et depositarios pecuniarum occasione dicte decime solvendarum, qui solventium et beneficio-
rum nomina et cognomina ac pecuniarum quantitates in uno libro fideliter conscribant et solventibus de huiusmodi receptis et solutis apocam⁸⁾ faciant, quam plene liberationis, absolutionis et quitationis robur
obtinere decernimus et pro qua non ultra duos bolonnnos veteres, quorum quadraginta octo ducatum 30
unum largum italianum faciunt, recipere possi(n)t; ac etiam faciant in alio libro manu propria eorum, ut
prefertur, nomina et cognomina et beneficiorum ac pecuniarum quantitates similiter annotari.

Contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendi et solvere differentes seu renitentes per suspensionis, excommunicationis et interdicti sententias ac alias censuras et iuris
penas cogendi et compellendi, et si, quod absit, protervitas continuata exegerit, eos beneficiis privandi et 35
ab eis amovendi illosque aliis et penis pecuniariis mulctandi, brachium ad id seculare invocandi, capi et
captos carceribus mancipari faciendi, penas huiusmodi exigendi et omnia alia et singula faciendi et
exequendi, que ad executionem eorum, que composueris, videris expedire eosque, qui ad cor reversi
eorum debitis satisfecerint, censuris huiusmodi absolvendi et liberandi per te vel alium idoneum plenam
et liberam dicta auctoritate tenore presentium concedimus facultatem et etiam potestatem, mandantes 40
omnibus et singulis supradictis et aliis clericis et laicis, quod in premissis et circa ea in omnibus et per
omnia circumspeditioni tue vel alteri seu aliis a te deputandis pareant realiter et intendant.

Volumus autem et mandamus, ut unacum prefatis archiepiscopis et episcopis ac deputatis perquiras et
perquiri procures idoneos et acceptos verbi dei predicatores religiosos vel seculares⁹⁾, quibus vices tuas
committere possis, prout tibi expedire videbitur, et eadem auctoritate in virtute sancte obedientie ac sub 45
excommunicationis pena, quam contrafacientes ipso facto incurrant, precipias et mandes, ut continentiam
litterarum nostrarum de decimis solvendis pro tutela fidei et Christiane religionis emanatarum, in
quibus videbitur locis, populis predicent et declarent, illos ad contribuendum huic sancto operi per se vel
alios exhortando, populis insuper annunciando, quemadmodum per totum mensem decembris proxime
futuri domino concedente per nostras litteras deputabimus ac publicabimus locum aliquem idoneum, ad 50
quem volentes ad hanc sanctam expeditionem proficisci vel mittere constituto per nos tempore poterunt
convenire.

Volentes quoque et mandantes, ut de predictorum archiepiscoporum, episcoporum ac deputatorum
consilio ordines et disponas in sacristia maioris ecclesie loci vel alterius regularis, prout melius et securius
videbitur, unam capsam constitui cum quatuor seris et clavibus, quarum altera penes ordinarium loci vel 55
eo absente penes eius vicarium, altera penes te, altera penes prefatum deputandum prelatum et altera
penes duos graves et bonos cives per communitatem loci (eligendos) debeant remanere, et quod in
predicta capsam omnes et singule pecuniarum summe dicta de causa iuxta tenorem aliarum litterarum
nostrarum contribuende tute et secure deponantur et recondeantur, deputato tamen uno notario
fidedigno, qui contribuentium nomina et oblatorum quantitatem, si id voluerint contribuentes, fideliter 60
describat ac notet, ut quilibet certus esse possit, quod huiusmodi pecunie ad hoc tantum fidei et necessi-
tatis opus congregantur exponendeque sint. Volentes quoque et mandantes, quod de predictorum
archiepiscoporum et episcoporum ac deputatorum consilio singulos principes, barones seu communita-
tes in Germania prefata consistentes, de quibus vobis videbitur, nostri ex parte requiras et ab eisdem 65
intelligas et scias, quantum ultra privatarum personarum oblationes velint ipsi ex publico ad hoc sanctum
expeditionis opus conferre, ut, cum nos quindecim ad minus triremes¹⁰⁾ deo volente armare et manutene-
re vel, si aliunde maritimum presidium fuerit, eandem expensam in exercitum terrestrem convertere
intendamus, intelligere possimus, quibus aliis adiumentis in tanto apparatu procedere valeamus; quam
eorum de publicis promissionem, si fieri contingat, per documenta auctentica ad nos deferri volumus et
mandamus necnon principes et barones et communitates prefatas per te exhortari et requiri, ut, quanto 70
maturius fieri potest, per suas specialiter ad hoc mittendas de summa promissionis prefate certiores nos
facere velint.

35 continuata: *em.* continuacie. 50 ad – 51 quem: *korr. aus* aliquem; *danach gestr.* idoneum.

Dantes quoque tibi et concedentes unacum archiepiscopis et episcopis ac deputatis et duobus vestrum aut tribus tenore presentium potestatem et facultatem contra omnes et singulos pecuniarum questores, clericos, seculares vel religiosos ordinum quorumcunque etiam exemptorum ac laicos quoscunque, etiam si predecessorum nostrorum super his litteris munirentur, necnon illos, qui super hoc eis dederint auxilium, consilium vel favorem, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii solerti et fideli adhibita diligentia inquirendi ac eos personaliter vocandi, apprehendendi, capiendi et carceribus mancipari faciendi penisque spiritualibus et temporalibus, prout visum fuerit, puniendi, mulctandi et corrigendi, neve in posterum talia facere per se vel alios presumant districtius inhibendi ac omnia et singula alia agendi et exequendi, per que eorum temeritas, si parere contempserint, reprimatur, contradictores et rebellos per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia compescendo invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Volentes demum et mandantes, quod ipsi predicatorum prefati per te et supradictos deputandi ac receptores et depositarii supradicto etiam modo per te deputandi, antequam officio huiusmodi exercere incipiant, de his fideliter exercendis et alias fidelitatis debite in manibus tuis vel alterius aut aliorum per te deputandorum necnon ordinarii loci vel eius vicarii, quod ad hoc tantum opus conservabunt et exponent, prestant corporaliter iuramentum.

Tu igitur predictum officium iuxta datam tibi a deo prudentiam sic studeas bene et fideliter ac laudabiliter exercere, quod sperati fructus inde proveniant tuque apud nos et sedem predictam valeas merito commendari. Nos enim sententias, quas per te vel alium seu alios per te deputandos rite tuleris, et penas, quas inflixeris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Ut igitur premissa omnia et singula plenius et efficacius sortiantur effectum per viscera misericordie dei nostri obsecramus carissimum in Christo filium nostrum Fridericum Romanorum imperatorem semper augustum¹⁾ aliosque principes et barones, ad quorum dominia tua commissio se extendit, archiepiscopis vero et episcopis ceterisque ecclesiasticis personis supradictis in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus tibi et a te deputatis in premissis, quotiens ipsos requiri contigerit, faveant modis omnibus et assistant, ut predicti fructus, quos cupimus, ad votum perveniant.²⁾ Et ultra nostram et prefate sedis benedictionem gratiam ab ipso salvatore, de cuius re agitur, et eterne beatitudinis premia valeant promoveri.

Datum Rome apud sanctum Petrum anno etc. millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, octavo idus septembris pontificatus nostri anno primo.

de curia
G. de Porris³⁾

¹⁾ Auf dem selben Blatt voran geht eine gestrichene erste Fassung von Nr. 4512, die bis Z. 3 (Constantinopolitana miserabili clade) identisch ist mit Nr. 4512 und dann auf den Text einer anderen Legationsbulle verweist: etc. reperitur in secundo libro de curia fo. ccxxxvii, et ibi est similis de verbo ad verbum. Es folgt die Datierungszeile wie in Nr. 4512 Z. 100f. Auch im Text von Nr. 4512 folgt hinter Constantinopolitana (Z. 3) der gestrichene Verweis auf dieselbe Bulle; s. Apparat und Vorbemerkung.

²⁾ Iacopo Ammanati Piccolomini, päpstlicher Sekretär, ab 1461 Kardinal; vgl. Hofmann, Geschichte der kurialen Behörden II 113, 123; Pitz, Supplikenregistratur 173.

³⁾ S. vor allem die Bullen vom 16. und 17. September 1455 für Vincentius Clementis, Dompropst zu Valencia, der als Kollektor nach England entsandt wurde; vgl. Tremlow, Calendar of Papal Registers XI 59, 79-81; Lunt, Financial relations 141f. Weitgehend identisch mit Nr. 4512 ist auch die Bulle vom 1. September 1455 für den Dominikaner Johannes de Curte, der als Kollektor des Kreuzzugszehnten in die Mark Ancona entsandt wurde; ed. L. von Pastor, Ungedruckte Akten zur Geschichte der Päpste vornehmlich im XV., XVI. und XVII. Jahrhundert, I: 1376-1464, Freiburg 1904, 47-51 Nr. 36. Nach dem gleichen Formular wie Nr. 4512 wurde auch die Bulle vom 20. April 1456 für Ludovicus Gazeti, Prior der Kartause St. Marien in Val-Saint-Georges, Diözese Autun, und Antonius Remersona, Kanoniker an St. Peter in Middelburg, Diözese Utrecht, verfasst, die als Kollektoren ins Königreich Schottland, die Herzogtümer Kleve und Geldern sowie die Grafschaften Holland und Seeland gesandt wurden; ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 442 f. 45^v-45^r; Regest: Tremlow, Calendar of Papal Registers XI 36; Pitz, RG VI Nr. 154. In Reg. Vat. 442 folgen auf f. 45^v-46^r, f. 46^r und f. 47^r-48^v weitere Bullen vom 20. und 21. April 1456, die denselben Adressaten umfassende Dispensvollmachten garantierten. Die Formulierung ist teilweise mit Nr. 4516 identisch. Vgl. auch die umfangreichen Legationsvollmachten für Kard. Carvajal; dazu: Pitz, Supplikenregistratur 227-230.

⁴⁾ Zum Fall von Konstantinopel am 29. Mai 1453 vgl. eingehend Nr. 3536.

⁵⁾ Die Bulle ‚Ad summi pontificatus apicem‘ vom 15. Mai 1455; Kopie (gleichzeitig): ROM, ASV, Reg. Vat. 436

f. 161^r-163^r; ebd., *Arm. XXXII*, vol. 12 f. 75^r-80^r; ebd., *Arm. XXXI*, vol. 58 f. 23^r-30^r; INNSBRUCK, UB, Cod. 68 f. 128^r-135^r und f. 138^r-140^v. Druck: Baronius u.a., *Annales ecclesiastici XXIX* 27f. Nr. 19; Bååth, *Diplomatarium svecanum. Appendix II* Nr. 1251. Vgl. Navarro Sorní, *Calixto III y la cruzada 156*; Weber, *Lutter contre les turcs* 416, 536. — Die beiden Abschriften aus dem Innsbrucker Cod. 68 stammen aus dem unmittelbaren Umfeld des NvK. Die Abschrift f. 128^r-135^r stammt aus der Kanzlei des NvK, wie die Notiz des Heinrich Pomert, Sekretärs des NvK, auf f. 127^r zeigt: Copie bulle cum aliis sunt taxate ad iiii libros et super istis taxis dominus Petrus Frißler dedit ii libros ad bonum computum. Ita est H. Pomert. Vgl. Hürten, *Akten zur Reform 14*; Neuhauser, *Katalog I* 202. Peter Frißler (Fritzlär), Brixner Kleriker, wird 1450, 1451 und 1455 als Notar (BOZEN, StA, Lade 24 Nr. 29; INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, FB 20389 Nr. 517) und 1457 als Gesellpriester zu Brixen genannt (INNSBRUCK, TLA, U II 5681, 1457 Dezember 30). Vgl. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 419. Die Abschrift f. 138^r-140^v stammt von der Hand des Paulus Helmslaber, Chorherrn zu Innichen (bei Hürten noch als „Schreiber G“ bezeichnet; zur Identifizierung s. Neuhauser, *Katalog I* 198 sowie oben Nr. 4416, *Vorbemerkung*), aus dessen Nachlass die Hs. an die Schnalsler Kartause und von dort aus an die Innsbrucker UB gelangte. — Die Bulle wurde auch auf der Brixner Diözesansynode vom 25.-27. November 1455 verkündet; s.u. Nr. 4598. NvK sandte sie auch, im Vorfeld seiner geplanten Legation durch das Reich und nach England, am 9. Oktober 1455 an Hz. Albrecht III. von Bayern-München; s.u. Nr. 4558; vgl. Meuthen, *Wittelsbacher* 106. — Zu der noch weiter verbreiteten Kreuzzugsbulle Calixts III. vom 29. Juni 1456 (*Cum his superioribus annis*) s. P. Schwenke, *Die Türkenbulle Calixt III. Ein Druck von 1456 in der ersten Gutenbergtype*, Berlin 1911; S. Corsten, *Türkenbulle Calixt III.*, in: *Lexikon des gesamten Buchwesens* 7 (2007) 525; Döring, *Türkenkrieg und Medienwandel* 59-66, 220.

6) Die schon unter Nikolaus V. geforderte und in der Folgezeit wiederholt betonte Einziehung des Zehnten secundum verum valorem sollte die Einnahmen steigern, barg jedoch ein kaum zu beherrschendes Konfliktpotential. In der Realität war die Neutaxierung häufig nicht durchzusetzen, so dass die Kollektoren teilweise darum baten, vom Prinzip des „wahren Wertes“ abweichen zu dürfen. In Savoyen erhielten die Kollektoren 1456 sogar die Anweisung, sich an den Bemessungssätzen zu orientieren, welche zehn Jahre zuvor der Gegenpapst Felix V. festgesetzt hatte; ROM, Reg. Vat. 47 f. 23^r-26^r. Vgl. Weber, *Lutter contre les turcs* 283-286; Märthl, *Kardinal Alain de Coëtivy* 221.

7) Die Bulle *Ad summum pontificatus apicem*; s.o. Anm. 5.

8) *Quittung*; s. du Cange, *Glossarium I* 313.

9) Zu den zahlreichen entsandten Kreuzzugspredigern vgl. Pastor, *Geschichte der Päpste* 121 685.

10) Dieses Ziel wurde erreicht, wenn auch mit Verspätung. Im Frühjahr 1456 rüstete Calixt III. eine Flotte von 16 Galeeren aus, die unter dem Kommando Kard. Ludovico Trevisans Ende Juni 1456 von Ostia nach Neapel ausliefen und von dort aus am 6. August 1456 die Ägäis ansteuerten. Zur päpstlichen Kreuzzugsflotte vgl. auch Nr. 3952 Anm. 2; P. Paschini, *La flotta di Callisto III (1455-1458)*, in: *Archivio della Società Romana di storia patria* 53/55 (1930/32) 177-254; Navarro Sorní, *Calixto III y la cruzada 160-166*; Housley, *Later crusades* 103; İncalçık, *Ottoman turks* 316; Weber, *Lutter contre les turcs* 164-168.

11) Die päpstliche Aufforderung Ks. Friedrichs III. zur Unterstützung des Türkenkrieges überbrachte Anfang November der apostolische Legat Kardinal Juan de Carvajal; s.u. Nr. 4586.

12) Ein Beispiel für derartige päpstliche Schreiben ist erhalten in: MAGDEBURG, LHA Sachsen-Anhalt, Rep. U I (Erzstift Magdeburg), Tit. 16 Nr. 34: Calixt III. fordert Friedrich von Beichlingen, Eb zu Magdeburg, zur Unterstützung des Türkenkreuzzugs auf (Rom, 1455 August 25); vgl. auch ebd. Nr. 35: Calixt III. fordert alle Geistlichen auf, Prozessionen und Gebete gegen die Türkengefahr zu veranstalten (Rom, 1456 Juni 29). Vgl. Wiegand, *Martinus de Fregeno* 35.

13) Galeacius de Porris, päpstlicher Kanzleischreiber; s. Pitz, *Supplikenregistratur* 168.